



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Epiſtolæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

gicam, Physicam, Metaphysicam, Libros de Generatione & Corruptione; de Cœlo & Mundo; de Animâ Vegetativa, Sensitiva & Rationali; & tandem Medicinam etiam Politicam & Jurisprudentiam, demumque Theologiam conceptibus variis dilucidat, & Ecclesiasticis Fastis appropriat. Deditus anno 1649 priorem partem: nunc & posteriorem adiungimus, prioremque novis conceptibus nobilitamus.

Hispanum Stemma. Austriacorum Stemmatum Heroicis conceptibus dilucidat, & Monitis Politicis exornat.

EPISTOLÆ.

Plurimas habeo doctrinales (Historicas, Mathematicas, Philosophicas, Theologicas, Ethicas) & plurimas eruditionis aut urbanitatis gratia scriptas. Quæ non sunt Scholasticæ, latere jubentur sub modio; nescio enim quo fructu audent sèpè in lucem prodire, quæ præter verba nihil habent. Volui aliquando omnes Doctrinales ad Volumen speciale reducere; at meliore consilio multas suis locis adscribo, & proprijs resolutionibus intetereo. Ceterum, quia adhuc manferant plurime, quæ commodè non potuerunt interseri, illas omnes ad unum librum miscellaneum reduximus, quem loco penultimo dabo.

PALYMPSESTI.

Etiam ipsi pertinent ad Theologiam, tam si Politica edisserant. Sic eos inscripsi, quod in ipsis delicato Lectori obliterare licet, quod habere non placeat. Huc confluxerunt multa & varia; visa, auditæ, cogitata, suspicata, somniata. Huc ignorata etiam, multum enim scit, qui scit quæ ignoreat; multum dicit & docet, qui se fateatur ignorare, quæ nemo impetratus ignorat. Fortè ad doctè ignorandum plus

scientiæ & experientiæ requiritur, quam ad indoctè sciendum. Fortè nihil omnino tamen, qui nihil nesciunt: hoc alij viderint: ignoro enim hoc ipsum, qui me existimò suprà vulgus eruditorum sapere, cum ea ipsa, quæ ill. non examinarunt, & sciant, me examinasse & nescire demonstro.

Copus hoc tardius lucem videbit, nam complectitur nudas veritates, quas nostri homines, nec transglutire crudas volunt, nec concoquere possunt. Interim promovebitur, ut forte olim, quando saltē somniare vera liceat, imprimitur.

Ex his multi jam sunt tertio aut quartò recensiti, modo omnes simul ad paucos Tomos reducuntur, & simul in lucem prodibunt.

Ioannes Caja Maris (sive Casæ maris) in Italâ Abbas, cælestibus revelationibus clarus fuit, quarum aliquot exp̄tissit in epistola consolatoria ad sanctum Bernardum super infelici successu expediti Hierosolimitana. Quam epistolam Baronius dignam iudicauit suis Annalibus ecclesiasticis, & edita etiatio est inter epistolæ Sancti Bernardi, numero 333. Vide pariter Angelum Martínez tomo 2, Annalium, ad annum 1150, cap. 2.

Ioannes de Ceru monachus ordinis Cisterciensi, S. Theol. Doctor, scripsit *Commentaria 4. libros Sententiarum*, teste Sylvestro Maurolico Maris oceani lib. 2 & citatur à Vincentio Badelo, lib. de conceptione B. Virginis.

Ioannes cognomento, de Cuiyo patria Divionensis, ex Abate Balernæ, anno 1476. ad Cisterciij regimen assumptus, fuit 9. illius nominis ibidem Abbas, de quo Bonifacius Simonetta lib. 2. epistola 19. scribit, illum tamquam malam omnibus virtutibus conditam & elimatam ordini Cisterciensi à Deo fuisse prouisum. Innocentio VIII. Pontifici, ob singulares animi virtutes, doctrinam, & præclara merita (vt ipse